



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 45. Fridericus bello insistit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

**Sæcul. XIII.** bant miracula. Sub nomine *Saint Em*  
**A. C. 1240.** Campaniæ notus est, quæ singulari eum  
**Bibl. PP.** veneratione profequitur. Superest pius  
**Paris. to. 5.** ejusdem liber quidam *Speculum Ecclesiæ*  
**p. 983.** incriptus, & in gratiam commodumque  
 monachorum Pontiniacensium compo-  
 situs.

## §. XLV.

*Fridericus bello insistit.*

**Ric. S. Ger.**  
**p. 1035.**

**MS. ap.**  
**Vading.**  
**1238. n. I.**

**I**mperator bellum semper in Italia urgens, Faventiam oppugnabat: & mense Novembri an. 1240. Fratres Prædicatores Minoresque e Sicilia expulit, in quovis ipsorum cœnobio duobus tantum pro-ejus custodia relictis, hique ipsi in Regno nati esse debebant. Cum duo Fratres Minores Siculi e patria se sua a Friderico ejectos esse Fratri Ægydio Assisinati conquererentur, *Erratis ô boni!* reponerat: *Fratres Minores nequeunt e patria peli sua, in terra nullam habentes. Quia sunt extra mundum, eorum nihil interest, quem mundi locum incolant: nullus enim datur, quem dicere suum possint: ubique illis patria est. Peccastis itaque in Fridericum, quamvis vehementer deliquerit: calumniam dixistis; nam plus boni quam mali vobis attulit, occasionem meriti vobis præbens, nec vestram adimens patriam. Ita verus ille S. Francisci discipulus.*

Anno

Anno 1239 Papæ Cardinalem Joan-  
nem Columnam in Marchiam Anconita-  
nam tanquam Legatum suum miserat,  
qui Henrico Imperatoris patris sui nomi-  
ne cum copiis eam ingresso sese oppone-  
ret. Verum Cardinalis a Papa, in quem  
haud æquo erat animo, ad Fridericum  
mense Januario an. 1241 transit: & post  
semestre spatium relicta Roma, loca mul-  
ta Romanis ex odio Papæ ademit. Im-  
perator sequente mense Aprili Beneven-  
to Ecclesiæ Romanæ erepto, die Domi-  
nica, 14 ejusdem mensis Faventia in Æ-  
milia post longam obsidionem potitus, ad  
oppugnandam Bononiam sese paravit.

## §. XLVI.

*Præfules in mari capiuntur.*

Interea quam plurimi Præfules Genuam  
convenerant, mari Romam ad conci-  
lium venturi. Inter eos tres erant Le-  
gati. Jacobus Cardinalis Episcopus  
Prænестinus in Gallia, Otto Cardinalis  
Diaconus in Anglia nuper legatione de-  
functi erant; & Gregorius Romandiola-  
nus Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus, Pa-  
pæ a facello, Genuam missus fuerat, ut  
naves ad trajiciendum pelagus compara-  
ret. Priores duo adduxerant Galliæ,  
Angliæque Præfules, multi etiam ex Hi-  
spania advenerant. Cæterum cum Ge-  
nuen-

Sæcul. XIII.

A. C. 1241.

Ricard.

p. 1033.

p. 1035. 1036

Matth. Par.

p. 499.